

*auditorēs non dimittendi essent sine corollario ex litteris nostris desumpto, quale humanissimus quisque per talem occasionem expectare videtur.*

§. 3.

*Argumentum meditationis, eiusque rationes, gravitas et notitia litteraria.*

Juvat igitur communicare cum iis, qui talia haud contemnunt, observationes nonnullas ex iure patrio nimirum Slesvico-Holsatico nec non Megapolitano depromtas et ipsis causarum illustrium in controversiam deductarum argumentis subnixas, quibus selecta sive potiora quaedam capita doctrinae de fideicommissis familiarum nobilium curatius illustrari possunt. Cuius meditationis et scriptionis genus, me iudice, neque argumento oratiunculae, quam audituri expectant, neque ab omni utilitate alienum commendationem certe aliquam habet ab exemplis plurium decessorum meorum nominatim *Francisci Ernesti Vogt* et *Joannis Zachariae Hartmann*, cuius profapies de republica civili et litteraria bene merita nomen fatoris sui clari virtutibus, scriptis et meritis primo in almam academiam nostram deinde in electoratum Luneburgensem, cuius felicitatem singulari libello